Quelle:
Copyright:

„quisitor heretice prauitatis notauí quod isti
errores sunt hereticorum de secta Waldensium
que in terra dominacionis illustrium principum
dominorum ducum austrie pluribus quam cen-
tum quinquaginta annis duraverit et istis
temporibus scilicet anno domini M°cccLXX
XX V° contumaciter inceperit cum violenciis
incendiorum et terroribus homicidiorum non tam
occulte dilatari quam contemptibiliter et teme-
rarie dominari maxime post obitum dolendis-
simum serenissimi principis et domini domini
Alberti nuperrime defuncti proh dolor defunc-
ti ducis austrie prelibate. Et timendum
nimis est sectam illam nimium dilatari, plu-
rimosque Katholicos utriusqs sexus abortodo-
xa fide abduci et ab hereticorum veneno seta-
liter infici nisi eis obstitum fuerit et acie xti.
sana. Habent heretici Waldenses predicti
suos confessores puros laicos heresiarchas."
Item &c." Hic per ordinem doctrinam
et dogmata Waldensium enarrat, et subjungit:
„Attendant igitur et cordibus percipiant sane-
tissimus ac Xto pater dominus noster dominus
papa. Cardinales archiepiscopi episcopi ab-
bates prepositi et alii quilibet ecclesiarum
prelati doctores et magistri Invictissimi
domini domini reges Katholici principes et
maxime ducatus austrie in quorum domina-
tionis terra conantur hodie heretice /i/
cum violencia dominari. Nam super in
nocte vigiliarum natalis beate virginis geni-
tricis dei Marie combusserunt horreum domi-
ni plebani in Styra eo quod in domo sua col-
ligit fovet et nutrit inquisitorem heretice
prauitatis cum sua familia. Et ad portas ci-
vitatis vel opidi styre affixerunt lignum ad-
ustum vel cedam cum cultello ligneo cru-
cifixo volentes taliter suam heresim defen-
sare. Quapropter attendant et dolenter cor-
de percipiant omnes Katholici instent labo-
rent assidue ut omnes heretici nequam inten-